

**L**ucensium Oratio luculéttissima Pont. ma-  
ximo Alexandro sexto per Nicolaum Tygrí-  
num Lucésem utriusq; iuris doctorem: elegan-  
tissime habita in Consistorio publico pro obe-  
dientia præstanta. Anno. M. eccc. xcij. Dic.  
xxvi. mensis Octobris. Emendata.

**V**ereor Beatissime pater Ne dum Ciuitatis  
nostræ mandata exequimur parum debite  
sanctitati tuae & huius augustinissimi loci am-  
plitudini & Lucensis populi desiderio satis-  
faciamus: qui uniuersus sine sexus etatis ordinisq; discri-  
mine ad deosculandos Beatitudinis tuae pedes ad signa  
uere obedientiae: gratulatiōisq; præstanta: si fieri posset  
accessisset. Dabis (ut es in omnes humanus) pro tua be-  
nignitate Pont. maxime ueniam: & animum Lucensiū  
si non potentia magnum fide: obseruantiaq; nemini ce-  
dentem: non uerba pensabis. Existimet. S. T. Lucā ipam  
nūc loquī: sed magis ornate. Existimet Lucésem popu-  
lum ipsam quam eius nomine prestatamus obedientiam  
Sed efficacius promptiusq; prestatore Quā semp incorru-  
ptam: perfectā: inuolatamq; seruauit: seruaturusq; est.  
Ex quo beatus ille Paulinus præful & martyr ab apo-  
stolorū principe missus: primā etrurie urbem Lucā ad-  
ueq;am xp̄i fidem ab idoloꝝ cultu reuocauit: eaꝝ iecit  
in istam sanctissimam sedem devotionis constantięq;  
fundamenta: ut nec tempore (quod oīa consumit) nec  
ui ulla unq; dirui aut labefactari potuerint: possintue.

INC  
1586

Quantum uniuerso populo xpiano letandum sit. Quā  
maxime deo immortalī gratiæ agēdæ qui talem ac tan-  
tum pastorem gregi suo preficere dīgnat⁹ sit nemo est  
qui nesciat. Quid innumerabiles uirtutes tuę cūcto or-  
bi nota⁹. Quid maxima doctrīna cum longa rerum ex-  
perientia cōiuncta ⁿ. Quid religiō a teneris annis imbū-  
ta ad hanc usq; perfectissimā ætatem cōtinuata ⁿ. Quid  
naturalis bonitas & liberalitas policeri aliud debet aut  
p̄nt ⁿ quā cum supremę dignitatis cumulo ea oīa sup-  
rema cumulataq; in religionis xpianæ capite futura.  
Quid istud Alexandri diuinitus impositum nomē ⁿ &  
animi tui magnitudini conueniens; nōne uictoriā ad  
uersus omnes chatolicæ fidei hostes p̄mittere uidetur?  
Nam quanto superat Alexāder maximus magnū; quā  
tōq; maius est Romanorum esse prīcipe⁹; q̄ mace do-  
num ⁿ quanto excellentius est dei omnipotentis uica-  
rium; q̄ hominū regem esse; quantoq; dignior est po-  
tīficalis a deo potestas quacunq; terrena dignitate; tan-  
to magis sperandum; immo credendum xpianor⁹ impe-  
riū; religionemq; ipsam non solum firmam solidam  
ue futuram; sed oīnnes orientis populos sub Alexātri  
maximi pontificis ductu atq; auspicio ad sacratissimā;  
sanctissimamq; fidem nostrām redituros. Quid iste tu-  
us diuinus & maiestate plenus aspectus? Quid uultus  
& facies uenerabilis ⁿ Nonne omnes qui intuentur ad  
queq; maxima capeſſenda incitare uidet⁹. Si enī C. Iu-  
lium cesarem Hispaniæ questorem (unde tibi origo est  
beatissime pater) sola Alexandri magni uel statua uel in-

mcb 5295305

135  
146

anis pictura aptid Gades conspecta ad eius magnifica  
gesta imitanda cōmouere potuit. Quid non effectā sed  
ueram uiuamq; Alexandri maximi effigiem effecturā  
credimus? Iamiam audito solo nomine totius Italie His  
paniarū Germaniae Galliae Britanie Pān oniaeq; prin  
cipes & populi cōmouentur: incitantur: inflammantur.  
Omnes sese preparant ut debita reuerentiaz signa chri  
stianorū patri & principi Augustissimo exhibeant Ale  
xandri nomen: q; christo deo nostro gratum semper fu  
erit: uel hoc unico argumento comprobasse satis sit.  
Quod nec Tiberium de cultu eius cogitant: nec Trajanum  
christianis placidum & magnae uirtutis virum:  
nec Hadrianum qui ei quoq; templo cōstruxit. Sed so  
lum Alexandrum Māmeq filium primum Romanorū  
imperatorū: a quo inter deos referretur: & honore diui  
no coleretur elegit. Quid non perfectum sperare possu  
mus sub tuo imperio beatissime pater cū ita omnia cō  
ueniant? Senarius numerus qui Alexandri nomini ad  
ditur: & in musicis Arithmetica & sacrī litteris pfecti  
onem tenet: & ut Platonis in thymeo sententiam preter  
mittam diui Gregorii in aureo moralium libro uerbis  
utar. Senarius numerus īccirco perfectus est: quia pri  
mus in numeris completur suis partibus id est sexta sui  
parte tertia & dimidia quæ sunt unum duo trīa: quæ in  
summā ducta sunt sex. Nec ante senarium numerū ali⁹  
reperit qui suis partibus dū diuiditur tota eius summa  
compleatur. Senarius quippe Numerus in scriptura

sacra p[er]fectus est: quia in mundi origine dominus; quae  
primo die cepit sexto opera impleuit. Optimi ac supre-  
mi dei uoluntas a quo cuncta procedunt: Eligetum di-  
gnitas & excellentia. Totius amplissimi ordinis coen-  
sus: Electi merita: Nomina: Numerus: ita concordant: tam  
dulcem suauemque sonum mentibus omnium reddunt  
ut Armoniam ex qua mundus ipse constare dicitur: in  
ipsius mundi a deo constituto uicario tam optimam per-  
ficiant: quod nihil dissonum: nihil inconcinnum: nihil discre-  
pans inueniri possit. Quantum gaudium: letitiae: speciebus deuo-  
tissimi tui Lucenses ex uniuersali bono percipiunt quosque  
facile cogitare potest. Sed est eis peculiare quoddam ex  
obligatione procedens uinculum quo ita alligatur ita  
astringuntur: ut ne dissolutum quidem non sit: sed ne  
dissoluiri possit aut cupiant tam dulce & suave est. Quo  
sit ut proprios animi affectus exprimere nequeamus.  
Tantus est enim beneficiorum cumulus a pontificibus ma-  
ximis in Lucenses perfectus ut nec enumerari nec refer-  
ri possit. Plena est Ciuitas nostra priuilegiis amplissi-  
mis: cum in Epum. Canonicos: Abbates: P[ri]ores: Eccle-  
siasticosque omnes: tum in ipsis seculares magistratus ci-  
uitatemque uniuersam: pleni libri decretalium Lucensibus:  
Quod libertatem retinemus: Quod centum uiginti tribus an-  
nis nulli extero seruimus: beneficio sedis apostolice fa-  
ctum quis ignorat: Recens est Urbanus. v. Lemonicensis  
liberalitas inaudita Pont. max. magnificetia: qui mihi  
seratus urbem ecclesie deuotissimam seruire: accito Caro-  
lo. iii. ex Germania erogatis quinquaginta milibus at-

reorum nos a durissima & imanissima seruitute eripuit  
Quod Urbanus sextus paulopost confirmans ut ad li-  
bertatem libertatis quoq; & iustitiae (sine qua libertas sta-  
re non potest) insignia adderet: dum Genua Romanam  
peteret: nocte natalis dñi diuinis peractis supremum  
ciuitatis nostrae Magistratū ense & pileo gēmis auroq;  
ornato donauit: Quę hodie ob apostolicę sedis reuere-  
tiām publice deferunt. Calixti. ii. Lutii. iii. Gregorii. ix.  
Benedicti. xii. Nicolai. v. Pii. ii. Reliquorumq; fere om-  
niū pontificum beneficia innumerabilia obmittam⁹  
Ad Alexādros festinat oratio. Breui perstringam: q̄ be-  
nignum: q̄ munificum: q̄ liberale Alexandri nomen in  
pontificibus Licensibus fuerit. Primus ille Romanus  
qui cum pontificatu martyrii quoq; coronā meruit cor-  
pus suū in nostram ciuitatem deferrī dignat⁹ est. Vbi  
in templo marmoreo: altero etiam prius eius in honore  
constructo canonico collegio & priore ornato sepul-  
tus honorat & colit. Singulisp; annis. v. Non. Maias  
maximo populorū concursu martyriū eius qđ cū Euen-  
tio & Theodoro sub Hadriano passus est religiose pie  
que celebrat. Multisp; & maximis miraculis quotidie  
eius sanctitas resulget. Alexandri. ii. Mediolanensis epि  
scopiq; Lucensis immensa in filios suos beneficia tanq;  
notiora pretermittā. Matildisq; nobilissime foemine in  
apostolicā sedem deuotionē præsidiaq; a Lucēsib⁹ con-  
tra Cadulum missa tacebo. Illud dūtaxat amoris signū  
referam. Quod existens in pōtificis maximi dignitate  
nunq; dēsignatus est se sacro sancte Romanę ecclesię

presulem & Lucensem episcopum appellare. Magnum  
quidem dilectionis in patriam nostram monumētum.  
Ad Alexandrum. iii. uenio quem patria Sena a natura  
nobis amicissima cum satis cōciliaret; deuotionis tamē  
nostrae in ecclesiā Romanam conscius post multa ueri  
amoris signa Alderigum Alucingum nobilem Lucen  
sem Cardinalem creauit quē sibi successorem in Ponti  
ficatu faceret qui Lucius. iii. appellatus est. Quarti Ale  
xandri tempora quanta fuerit Lucensiū fides bellumq;  
illud pro apostolice sedis defensione cōtra Mafredum  
Regem suscepsum satis declarare possunt. In quo uno  
proelio apud Arbiā factō quinq; milia Lucensiū de  
siderata sunt; & cum post cladem illam: imino stragem  
ceteræ etruriæ ciuitates pótificis partes deseruissent; So  
la Luca in fide permanxit. Omnesq; ecclesiæ fautores a  
propriis sedibus electos recepit: & tutata est obseditio  
nem durissimam. famē: incendia: rapinas: cedēsq; con  
stantissime pertulit. De v. Alexandro uiro quidē & do  
ctissimo & sanctissimo cum antea morte præuentus fu  
erit q; qualis futur⁹ esset mundo ostēdere potuerit pau  
ca referri possunt. P̄sis tamen pistorium & deinde Bo  
noniam petiturus: per agrum nostrum iter fecit Lucen  
sibus satis in illo rerum turbine fidens: ubi benigne ha  
bitus: & ut pontifice in decebat cum ueneratiōe accept⁹  
optime nobis affectus discessit. Hæc attigisse iuuat be  
atissime pater non quo te Alexandroꝝ exempla in Lu  
censes moueāt: qui sat̄ abunde domestica uirtute: pro  
pria liberalitate: & animi magnitudine sufful⁹ es. Sed

137

ut intelligeres quantum post pontificalem dignitatem  
post naturalem bonitatem tuam: in isto etiam nomine  
pro sua libertatis consernandae & ciuitatis amplificatione  
desiderio fidei speiq; reponant. Tutos enim se futu-  
ros tuo sub iustissimo imperio confidunt. Sanctitas tua  
deuotissimos Licenses suos quoque omnium seruitutein  
deuotione animosq; ante eius pedes conspectuq; offer-  
rimus in ea protectione recipiat: In qua omnes quibus  
diuinitus datum est in ista sanctissima sede sedere reci-  
pere dignati sunt. Ita rogamus: ita precamur: ita toto me-  
tis annixu petimus. Sic summus ille misericordiarum pa-  
ter ut te uerum Iesu Christi uicarium credimus ueneramur  
& colimus. id tibi beatissime pater dum uita supererit (qua  
longissiman optamus) tribuat quod optimo dominici gre-  
gis pastoris iustum conueniens priusq; sit. Et celi reseret  
limina post obitum. Ita oramus.

Laus deo.

Dixi.

INE  
1586

et intelligenter daturum bene punctum. quod utrumque  
bene determinatum ponuntur. cum: in illo enim nomine  
per nos hypocrates consueverat & ceteras antiquitatis  
utriusque ratione per se ipsius expoundere. Tunc enim et si  
nos omnes cum utilissimo imponio consilium. Singulis nam  
quoniam sibi picentes nos dabo. omnibus leviterum  
consilium: unum. atque sibi quodcumque consilium. tu das omnibus duplum  
nam: in ea proportionione recipies: tu das omnibus duplum  
consilium: quodcumque est in illis. Quod si illi Redefessis. non  
possidunt quidcumque. illi locutus ista occasione: ita postea nunc  
hoc dicitur. Et hoc unus ista occasione: ita postea nunc  
est: ut in locutione illi intelligi possit: illi locutus ista occasione: non possit  
est: ut in locutione illi intelligi possit: illi locutus ista occasione: non possit  
& ceteris. Et non possit illi intelligi: quodcumque dicitur illi. Et illi intelligi possit: quodcumque dicitur illi.

**Dicit.** Non enim sicut dico.

Alexander quis fecit  
dilectionem carnem animorum: et ceteris non  
est: quodcumque efficiuntur: ut hanc vocem non  
est: ut in locutione illi intelligi possit: At deinde bene  
propter melius esse: agnoscimus: quoniam non: Iam  
hunc dicit: non dico: ut sit: sed: si: et: et: bene  
propter melius esse: agnoscimus: quoniam non: Iam  
hunc dicit: non dico: ut sit: sed: si: et: et: bene  
propter melius esse: agnoscimus: quoniam non: Iam  
hunc dicit: non dico: ut sit: sed: si: et: et: bene  
propter melius esse: agnoscimus: quoniam non: Iam  
hunc dicit: non dico: ut sit: sed: si: et: et: bene